P

mus paulus lugendo de quibusdam loquitur; Multi am
bulant quos sepe dicebam vobis nunc autem et flens
dico inimicos crucis christi: quorum finis interitus.
quorum deus venter est; ad philipenses tercio;
Ecce carnalia desideria a quibus abstinere iubemur que
militant contra animas. Et deinceps addit. Con
versacionem ~~vestram~~ vestra inter gentes scilicet se
culares habentes bonam. Aufert primum: ut sequens
statuat; Nisi enim primus renunctiatum fuerit: se
cundum minime poterit obtineri; cum contraria mu
tuo se expellunt; Ecce in foribus et pre oculis.
sacer cetus religiosorum reformatorum. qui ut confidimus
fulcitus est conversacione bona inter seculares: ut in
laude eorum dicam. a carnalibus desideriis abstinentes
pristorum sanctorum patrum vestigiis inherere cupiunt.
tamquam advenas et peregrinos se estimantes: significant
se patriam celestem inquirere. tamquam adipes sepa
rati a carne scilicet ab aliis. quod et salua pace loquor. qui
a floribus primitive puritatis aberrantes. forte ad hunc
crassam nubem. carnalium desideriorum caliginem
patiuntur oculorum: nec prime promissionis coram deo
et sanctis eius facte. et signaculo sancte crucis robo
rate. ac in altari oblate reminiscentes: per lata et spaci
osam viam huius seculi incedunt. que ducit ad perdicio
nem: quorum ut timetur non est paucus numerus; quos
deus per suam indulgentissimam graciam visitare dig
netur sicut priores visitavit; De quibus princeps
apostolorum verba predicta digna memoria et laude in
tonuit Eratis aliquando sicut oves errantes: